



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ad Iesuitarvm Assertionēs, Ex Epistola Priori Divi Pavli ad  
Timotheum, in Schola Dilingana disputatas, quibus totum  
Papatum stabilire conati sunt, pia responsio**

**Bidembach, Wilhelm  
Osiander, Lucas**

**Tvbingæ**

**VD16 B 5358**

Tu autem ô homo Dei, hæc fuge, sectare verò iustitiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36892**

quibus vtrisque Iesuitæ participant) doctrina & moribus congruere depræhenderit, age, pro bonis viris omnes Iesuitæ habentur. Etsi enim locum Iudæ de Gnosticis interpretatur Epiphanius: tamen quia in nefandis libidinibus, Gnosticis nihilo meliores sunt Romanenses, non excluduntur ab Epiphanio, sed includuntur in numero eorum, qui carnem propriam polluunt, Dominos verò spernunt, & in potestate præditos maledicta congerunt: qui Friderici Barbarossæ lectissimi Imperatoris, & Alexandri III. bipedum nequissimi historiã legerit, eorum quæ à Petro & Iuda scribuntur, luculentum habebit commentarium.

## I E S V I T Æ.

*Tu autem ô homo Dei, hæc fuge, sectare verò iustitiam.*

Igitur secundum Pauli sententiam, Christiano viro fugienda sunt mala, & sectandæ virtutes, quæ hæc præter fidem commemorantur. Quod verò subijcit (Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternã) & quod paulò inferius diuitibus commendat, ut bonis operibus diuites fiant, & eisdem bonis operibus thesaurizent sibi bonum fundamentum ut apprehendant vitam æternam, frustra diceretur ab Apostolo, nisi Dei gratia præeunte, liberaq; voluntate sequente, Christianus certare posset & operari, sicq; vitam æternam promereri: quibus enim brachijs alijs aut manibus apprehendatur vita æterna, non facile fuerit intelligere.

II.

Respon

## RESPONSIO.

Hic Iesuitas publicè coram tota Ecclesia filij Dei non solum Pelagianismi, sed & Iudaismi, Turcismi, ac Ethnicismi accusamus. Quid enim aliud est dicere, hominem suis operibus vitam æternam promereri, quàm dicere, Christum frustra esse mortuū: quid aliud est, quàm Dominum, qui nos mercatus est, abnegare, & propriam iustitiam quærentes constituere, iustitiæ Dei non fieri subditos: Itaque Iesuitis horrendū illud anathema Paulus intonat: Quot quot ex operibus legis sunt, execrationi sunt obnoxij. Et rursus: Christus vobis factus est ociosus, quicumque per legem iustificamini, à gratia excidistis.

Ineptè autem Pauli verba detorquent, ad impiissimum suum dogma de operibus vitam æternam promerentibus. Neque enim Apostolus Timotheo ait: Certa bonum certamē fidei, PROMERERE vitam æternam: Sed, APPRAEHENDE. Neq; de diuitiis per bona opera thesaurizantibus bonum fundamentum, hoc est, non fluxas, sed certas & stabiles futuri sæculi diuitias, dicit: vt PROMEREANT vitam æternam, sed, vt APPRAEHENDANT. Quis autem nescit, aliud esse, Appræhendere, aliud, Promereri: Puer nondum septennis potest apprehendere hereditatē paternam, qui tamen non potuit promereri. Mendicus potest apprehendere oblatos sibi & donatos centum aureos, quos tamen non est promeritus. Loquitur autem Paulus more suo de vita æterna, tanquam de gratuito dono, quod Deus

gratis

Gal. 3.  
Gal. 5.

gratis ex mera bonitate & liberalitate proposuerit, ceu brabeum, ad quod vocantur per Euangelion omnes homines. Dum autem ad id curritur, alij extra carceres euagantur, alij in medio cursu deficiunt, alij prorsus corruunt, alij recto cursu ad metam contendunt, & brabeum, quod tamen brabeutes Deus gratis obtulit, & ut apprehendatur, exposuit, apprehendunt. Hortatur igitur Paulus Christianos, ut certent bonum certamen, & recto ac indefesso cursu pergant, quod Deus vocat: non ut promereantur vitam aeternam, quae iam dudum a Christo pro merito gratis omnibus offertur & proponitur: sed ut eam gratis oblatam, apprehendant. Qui enim perseverauerit usque in finem, saluus erit. Non sufficit bene incepisse currere, nisi cursus etiam bene continuetur & absoluetur, ut donum propositum apprehendatur. Sed quibus manibus (inquiunt Iesuitae) apprehenditur? Facillime cognosci potest, quomodo apprehendatur, si prius cognitum fuerit, quomodo offeratur: correlatiuorum enim naturam habent offerre & apprehendere. Offeritur autem vita aeterna gratis seu ex gratia, Ergo non apprehenditur operibus, Sic enim gratia non esset gratia. Offeritur vita aeterna gratuitis promissionibus Dei, Ergo apprehenditur fide. Fides enim & promissiones sese mutuo respiciunt. Et cum promissio non apprehendatur operibus sed fide, certum est, etiam vitam aeternam non operibus, sed fide apprehendi. Promissio igitur Dei manus est, qua offertur: Fides autem nostra manus est, qua apprehenditur. Et certe opera nusquam in scripturis comparantur manibus, sed pedibus. Nam in operibus & nouitate vitae discimus ambulare, ingredi, currere. Ut igitur in humanis

c      no cors

no corpore, pedes non sunt apta & ordinaria instrumenta aliquid apprehendendi, sed sunt cōditi & destinati ad ambulādum: ita in negotio salutis æternæ bona opera non habent hunc vsum, vt ijs apprehendamus iustitiā & vitā æternā, ad quam vocati sumus sed habēt alium vsum longē amplissimū, vt per bona opera in vocatione Dei obedienter ambulemus & conuersemur, sicut dignū est ijs, qui ex gratia Deo ppter Christū per fidē dono acceperunt remissionē peccatorū, iustitiā & vitā æternā. Et hæc ambulatio seu conuersatio in bonis operibus, signum est fidei in scopo nō aberrantis, nec in certaminibus vitæ huius deficientis, nec in peccata contra conscientiā reuertis, sed rectā ad vitā æternā apprehendendā aspirantis & enitētis. Itaq; rectissimē iubemur bonū certamē certare, in stadio currere, corpus in seruitutē redigere, deniq; vt filios lucis, & cū Christo resuscitatos decet, in luce & nouitate vitæ ambulare, vt sic cōstantes vocationē Dei fide apprehendamus illā inmarcescibilē perennis glorię coronā, quam Christus sua nobis obedientia, passione & morte peperit, ad eandem per verbū & Sacramenta vocat atq; inuitat. Tu autē, pie lector, ex vna hac Iesuitica Assertionē, qua operibus nostris vitā æternā non tantū apprehendere (quod fortassis tolerabile esset) sed certitiā promereri posse dicimur, tanq; ex vngue Leonis induratos Papistas iudicato, & quantū potes, velle Apoc. 18. remisq; illā Babylonē fugito: cuius Principes sunt mercatores, in cuius veneficijs errant gentes, & in qua sanguis Prophetarū ac Sanctorum inuenitur, & omnium qui interfecti sunt in terra. Exite (clama

vox diuina) exite de illa populus meus, ne particis pes litis delictorum eius, & de plagis eius ne accis piatis. Quoniam peruenerunt peccata eius vsq; ad caelum, & recordatus est Deus iniquitatum eius.

IESUITÆ.

O Timothee, depositum custodi, deui- III.  
tans prophanas uocum nouitates.

De doctrina deposito siue traditione hinc agere Apostolum, non tantum ex interpretatione Clemētis Alexandrini, Chry- Clem. 2. Strom, Tertul. lib. de solum, Theophylacti, Tertulliani, Ambrosij, Augustini, præscript. hæres- Vincentij Lyrinensis, Primasij, Sedulij, Anselmi, & Haymo- ticorū. August. tract. 94. in Io- nis constat, sed ex uerbis etiam illis, quæ proximè subiiciuntur: annem, Vincen- & oppositiones falsi nominis scientiæ. Legen- tius Lyrinensis dum autem esse *καταφωβίας*, hoc est, uocum nouitates, ut noster libello aduersus interpres rectè vertit, non autem *καταφωβίας*, hoc est, uocum ina- profanas hæreti- nitates, ex consensu omnium, quos nominauimus, & ex Theo- corū nouitates. Reliqui in hunc doreto & Græcis scholijs, manifestū est, dempto tamen Theo- locum, phylacto, qui *υπραν*q; adfert lectionem. Magis etiam cum tras- ditione, quæ commendatur uerustate, pugnat profana uocum nouitas, quàm profana inanitas.

RESPONSI O.

Paulus sub finem huius Epistolæ pulcherrimo epilogo summā collecturus eorū omniū, de quibus tota Epistola variè differuit, & simul Timothee quæ rursus ad fidelē officij executionē adhortaturus,

c 2 iubet,